



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

De Poena filiorum temporali propter peccata parentum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

**Sæcul. XVI.****A.C. 1527.** De pœna filiorum temporali propter  
peccata parentum.

**C**irca hoc argumentum Erasmus  
hanc tenuit sententiam: *Non punit*  
*Deus liberos ob delicta parentum, quemad-*  
*modum docet lex, nisi filii parentum æmu-*  
*lentur vitia.*

*Hæc propositio*, affirmat Facultas,  
universaliter intellecta, prætendens De-  
um nunquam punire liberos temporali-  
ter, nisi scelera eorum imitentur, ac si  
illud repugnet divinæ justitiæ, aut  
æQUITATI naturali, est hæretica & sacræ  
Scripturæ adversatur, quæ frequenter  
sic punitos liberos indicat. Sic enim  
sunt pueri submersi in diluvio cum pa-  
rentibus, sic in Pentapolii igne extincti,  
sic denique filius David parvulus pro-  
pter adulterium, & homicidium ejus  
mortuus est. nec lex docens filios pro  
iniquitatibus parentum non plecti, in-  
telligi debet de pœna temporali, sed de  
æterna.

### De Pœna Hæreticorum.

*Erasm. in Matth. c. 13.* Prima propositio erat hæc: *Servi, qui volunt ante tempus colligere Zizania,*  
*& in suppeditatione sunt ii, qui Pseudo-Apostolos, & Hæresi-  
archas gladiis & mortibus existimant e medio tollen-*